

V d  
1437









N. 46, 68.

Vd  
1437



Copia  
RESPONSI,  
ILLUSTRISSIMI Dn. COMITIS  
à  
FLEMMING  
ad  
CELISSIMUM DOMINUM.  
PRIMATEM

Datum Varfaviæ die 23 Martii Anno 1716.

P. P.

**C**elsitudinis Vestræ gratas ad me 21.  
Martis exaratas literas accepi, per quas  
intellexi Cels. Vestram in Scripto quodam,  
seu refutatione Manifesti à Domino LE-  
DUCHOWSKI vulgati, & ex Cancellariâ Saxonica,  
ut Cels.<sup>ni</sup> Vestræ relatum est, ad prælum dato, ter-  
minum præjudiciosum & læsivum integræ fidei suæ  
erga Regem & Rempublicam invenisse, Celsam  
Vestram scilicet permanentiæ Copiarum Saxonicarum  
*acquievissè*, quarum tamen introitum in Regnum &  
permanentiam nunquam nec optaverit nec syaserit.  
Cel-



Cels. Vestram quam humillimè rogo, persuasum sibi habere velit, quod, cum in Cancellaria Saxonica errorem contingere possibile sit, nulla unquam erit difficultas, cum errare humanum sit, illum etiam agnoscere. Sed præjudicio, læsione, malitiâ vel injuriâ aliquem prosequi, ab illa valdè est alienum, Optimè enim novit & addidicit, injuriam non injuriati sed injuriantis esse, idem etiam de præjudicio, læsione & malitiâ Hinc etiam abjectum reputat, calumniari audacter; E contra vero injurias illatas contemnere æqui & generosi esse animi.

Utrum verò aliquid præjudiciosi aut læivi contra Cels. Vestram ex Cancellaria Saxonica emanare possit, ex hoc judicet Ipsa, quod ille, qui dictæ Cancellariæ præest, Cultor & Venerator semper fuerit Cels. V.æ.

Ut ad rem verò propius accedam, refutationem quandam Manifesti à Dn. LEDUCHOWSKY vulgati ab Anonymo quodam editam esse intellexi, an verò refutatio hæc à Cancellaria Saxonica, aut à privato quodam ad dictam Cancellariam non pertinente typis tradita sit, meritò ambigi adhuc posset.

Perlegi nihilominus istam Refutationem, ut eo melius de eâ judicare possem; verba enim valent ut nummi; Eamque perlustrando in recordationem mihi venit, quod in juventute circa expositionem auctorum inculcatum mihi fuit, in explicatione nimirum non solum verba, sed & inprimis sensum & scopum auct. is consideranda, sic & antecedentia cum subsequentibus  
pro.



probè comparanda & concilianda esse. Hoc verò ut ad rem nostram applicem, Scopum Auctoris Refutationis sæpiùs memoratæ in primis fuisse, Manifestum Dn. LEDUCHOWSKI refellere, nullo verò modò præjudicium quoddam C. ni Vestræ inferre. Nec, prout mihi videtur, ex verbis dicti Auctoris concludere potuit C. do V. a eum asseverare, quod Ipsa permanentiæ Copiarum Saxonicarum acquieverit : Hæc enim sunt Auctoris verba :

*Anno præteritò Celsissimus Primas Regni & supremi Duces educationem Copiarum Auxiliarium à Republica efflagitarunt, & quidem æstivò tempore.*

Hæc sanè menti C. is V. æ, quam mihi in literis suis exponit, apprimè consentanea sunt.

Postea Auctor prosequitur & dicit, Serenissimum Regem promississe, *Se Copias suas educturum*, & dum demum continuat, Auctor: *His Celsissimus Primas & Duces acquieverunt*, Regem nempe copias suas educturum; Series Sermonis hunc sensum evincit, immediate enim post verba; *Copias educturum*, sequuntur illa: *acquievit Primas & Duces &c.* Dum verò auctor asserit, educationi, non permanentiæ copiarum, C. em V. am acquievit, mihi videtur, mentem C. is V. æ à mente auctoris nullò modò esse diversam, præsertim cum considero, eum verbò quam significante usum fuisse, cum asserit, C. em V. am. educationem copiarum efflagitasse

Con-



Constat & mihi intentio C.<sup>is</sup> V.<sup>æ</sup> super hâc re ;  
verum enim est, Ipsam mihi, cujus partes solummodo  
sunt obtemperare, educationem copiarum valde com-  
mendasse, cui etiam non contrarius fui, prout C.<sup>do</sup> V.<sup>a</sup>  
probè meminerit. Nescio utrum ex hisce literis meis  
aliquam satisfactionem captura sit C.<sup>do</sup> V.<sup>a</sup> Hoc verò  
mihi persvasissimum habeo, C.<sup>em</sup> V.<sup>am</sup> nullâ suæ fidei  
in populo læsæ reparatione indigere, fuit enim illa  
semper integra & illabefacta. Si quis verò eam offen-  
dere vel lædere vellet temerariò ausu, primus inter o-  
mnes ad ipsam propugnandam ac defendendam para-  
rus essem.



**C**um varii hinc inde perfe-  
rantur Sermones de quibus-  
dam Scriptis invicem litte-  
ris inter Celsiss. Dnm. Primatem  
& Illustrissim. Dnm. Comitem  
à Flemming, utile visum est eas-  
dem ad exemplarium normam fi-  
deliter descriptas, typis mandare;  
ut omnibus innotescat integram  
& illibatam inter supra memo-  
ratum Celsissim. Dnm. Primatem  
& illustrissim. Dnm. Comitem  
à Flemming intercedere amici-  
tiam & concordiam; quicquid  
in contrarium à malevolis qui-  
busdam disseminatum sit.



# Copia

*Literarum Celsiss. Dn. PRIMATIS*

Ad

*ILLUSTR. <sup>num</sup> Dn. COMITEM*

à

## FLEMMING

Sviernieniciæ Datarum die 21 Martii 1716.

P. P.



Ervenit ad manus meas  
Varlaviâ certum scriptum typo im-  
pressum sub titulo *Confutatio Ma-  
nifesti à Dn. LEDUCHOWSKI* evulgati:  
Et supervenit informatio, hocce scriptum datum  
esse ad prælum ex Cancellaria Saxonica. Cum  
autem in illo reperiatur terminus valdè præ-  
judiciosus & læsivus meæ integræ & illibatæ Fidei  
erga Suam S. Reg. Maj. & erga Rempublicam,  
quali acquievissem permanentiæ Copiarum  
Saxonicarum, quarum introductionem in Re-  
gnum,



gnum, & permanentiam nunquam optavi, aut  
svasi, imò & oretenus, & in scriptis, dum ulti-  
mariè in Septembri anno præterito haberem  
honorem, personalem cultum exhibendi Suæ  
Majestati, contrarium persvadebam, & post di-  
scessum Suæ Majestatis in Saxoniam, per Li-  
teras meas, Evacuationem dictarum copiarum  
summè necessariam esse remonstravi, &, ut ad  
effectum quantocius deduceretur, rogavi. Pro-  
inde rogo Excellentiam Vestram, qvatenus  
Testimonio Regio Suæ Majestatis, & suo pro-  
prio, velit evincere Innocentiam meam, & ma-  
litiosissime ac injuriosissimè læsam Fidem in Po-  
pulo reparare, ut exinde fiam expeditior & ef-  
ficacior ad usus Publicos, præsertim in exeqven-  
dis Suæ Majestatis Mandatis ad promovendam  
tranqvillitatem publicam. Non potest esse  
extra reminiscentiam Excell.<sup>æ</sup> V<sup>ra</sup> qvòd dum  
eadem die, qva ego Suam Regiam Majestatem  
Varfaviæ adii, placuerit qvòqve Excell.<sup>æ</sup> V<sup>ra</sup>  
in residentiam meam pro suo affectu venire, &  
qvòd



quod ego instanter commendaverim Excell.<sup>a</sup>  
Vestrae efficacem Punctorum per me Suae Ma-  
jestati porrectorum, promotionem. Bene mihi  
persvadeo de benevolentia & gratia Excell.<sup>a</sup>  
Vestrae. Expecto suas Responsorias, & maneo  
cum omni respectu.

Pa 1437 GK

76



a  
a-  
hi  
l.  
eo

ULB Halle 3  
007 371 098




W 78











R. 46, 68.



Copia  
RESPONSI,  
ILLUSTRISSIMI Dn. COMITIS  
à  
FLEMMING  
ad  
CELSISSIMUM DOMINUM.  
PRIMATEM

Datum Varaviae die 23 Martii Anno 1716.  
P. P.



Elfitudinis Vestrae gratas ad me 21.  
Martis exaratas literas accepi, per quas  
intellexi Cels. Vestram in Scripto quodam,  
seu refutatione Manifesti à Domino LE-  
DUCHOWSKI vulgati, & ex Cancellariâ Saxonica,  
ut Cels.<sup>ni</sup> Vestrae relatum est, ad prælum dato, ter-  
minum præjudiciosum & læsivum integræ fidei suæ  
erga Regem & Rempubicam invenisse, Cels.<sup>m</sup>  
Vestram scilicet permanentiæ Copiarum Saxonicarum  
acquievissse, quarum tamen introitum in Regnum &  
permanentiam nunquam nec optaverit nec svaserit.  
Cel-

